

Illustrissime ac Reverendissime Domine, cum Diœcesis Marianopolitanæ Synodi, per Decretum diei.... mensis.... anni.... dies præsens adsit, nosque Amplitudo Vestra jam in prima Congregatione, Promotores constitueris, pro nostri officii munere comparantes, instamus ac requirimus hanc Diœcesanam Synodum jam rite denuntiata atque promulgata, hac ipsa die per Vos deliberari et declarari incipere, jamque inceptam esse. Cujus prosperum et optatum successum, et à Deo supplices piis orationibus deprecamur.

Tunc Secretarius legit ex suggestu Decretum de *Apertenda Synodo*; statimque Decretum de *modo vivendi Synodi tempore*. Deinde Pontifex dicit :

Quoniam ad hujus Synodi progressionem nonnulli adjutores et ministri requiruntur, constituimus :

Præfectum Hospitiorum, Rev. N.

Promotores Synodi, RR. N. N.

Secretarium Synodi, Rev. N.

Pro-Secretarium, Rev. N.

Notarium Synodi, Rev. N.

Procuratores Cleri, RR. N. N.

Magistros Cœremoniarum, RR. N. & N.

Ostiariorum, RR. N. N.

Æconomum, Rev. N.

Deinde sub pœnis à jure statutis inhibemus ne quis eorum qui huic Diœcesanæ Synodo interesse debent ex hac civitate discedere præsumat, nisi discessus causa à Nobis approbata.

Nunc vocabuntur omnes qui huic Synodo interesse debent, qui ordine nominatim vocati surgunt et respondent singuli : Adsum....

Tunc Secretarius nomina omnium sio proclamat qui Synodo interesse tenentur :

Rev. N.

Quibus expeditis, Promotores sio requirunt ut Decretum de *Professione Fidei* legatur.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Sacrosancti